



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 46. Joannes Bunderius mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

scis inferretur, mox Oeconomum inter- Sæcul. XVI.  
A.C. 1558.  
rogabat, quanti eum emisset? illo respon-  
dente, assibus ducentis: Cardinalis addu-  
cto eum increpans superciliosum inquiebat:  
itane vero? heri domi non erant oboli  
pauculi in pauperum usum, & erit pro  
gula hodie argentum? aufferte hunc  
piscem, statimque eum ad pauperum No-  
focomium deducite. Sic expiabat e-  
gregie Oeconomi duritiem pia Domini  
liberalitas, ac pietas.

Denique sextus, & postremus inter  
Cardinales hoc anno fatis functos erat  
Reginaldus Polus natione Anglus, qui  
die decima octava Mensis Novembris  
mortalitatem exuit, de cuius vita jam  
abunde alibi mentionem fecimus.

### §. XLVI.

#### *Joannes Bunderius mortuus.*

**E**x Scriptoribus Ecclesiasticis primus  
venit Joannes Bunder, seu Bunde- *Valer.*  
*Andr. Bibl.*  
*Belg.*  
*Miræus de*  
*Script. Sæc.*  
*XVI.*  
rius, ex Ordine Fratrum Prædicatorum  
Gandavensis Cœnobii Prior, atque in Belgio hæreticæ pravitatis Inquisitor.  
Hic exactum Religiosæ disciplinæ stu-  
dium cum profunda eruditione conso-  
cians plura elucubrabat opuscula, qui-  
bus ingens sibi nomen comparabat: ce-  
teris vero ejus libris palmam præripit  
I. Compendium omnium quæstionum  
Theologicarum, quæ hodie inter Ca-  
tholicos

**Sæcul. XVI.****A.C. 1558.**

tholicos, & Protestantes agitantur: quod opus primo circa Annum Domini millesimum quingentesimum quinquagesimum sextum literis Parisiensibus, decimo octavo autem post anno in eadem urbe iterato prælo excusum prodiit. II. Conscriptis Collationes, feu colloquia Sanctorum quatuor latinæ Ecclesiæ Doctorum, SS. Ambrosii, Hieronymi, Augustini, & Gregorii Magni super triginta articulos ab hereticis tum agitatos, isque liber itidem Lutetiae Parisiorum Anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo quarto typis editus fuit. III. Bunderius fidei orthodoxæ scutum adversus Anastasium Valvanum Antwerpianum Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo nono vulgavit, & in eodem, in quo fides Orthodoxa consistat, demonstravit. IV. Tractatus de Baptismo contra Memnonem Anabaptistam Lovanii Anno supra millesimum quingentesimo quinquagesimo tertio ab eo fuit editus. V. Alius tractatus sub hoc titulo: *Detectio nuga unius Lutheri unacum confutatione dogmatum Lutheranorum* pariter Lovanii Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo primo typis ab eodem fuit vulgatus. Referunt nonnulli, quod Joannes Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo

quod  
mil-  
agefi-  
decis-  
adem  
t. II.  
oquia  
e Do-  
Au-  
igin-  
atos,  
orum  
simo  
fuit.  
atum  
Ant-  
simo  
ulga-  
orth-  
Tra-  
nem  
mil-  
fimo  
tra-  
rum  
atum  
pol-  
tesi-  
eo-  
ulli,  
mil-  
o o-  
avo

ctavo Mense Junio Gandavii fatis exces- **Sæcul.XVI.**  
ferit, quamvis alii illius obitum ad prio- **A.C.1558.**  
rem annum revocent.

§. XLVII.

*Alphonsi de Castro obitus.*

**A**lter erat Alfoncus de Castro Hispanus ex Ordine FF. Minorum patria Zamorensis ob sacræ eloquentiæ præstantiam inter ævi sui Prædicatores in Hispania celeberrimus. Hic ob meritorum famam Carolo V., & Philippo II. percarus, eundem Philippum, cum Mariam Reginam ducturus in Angliam contenderet, in itinere comitabatur: inde vero postea in Belgium reversus est, ubi antea jam diu morabatur, quapropter ibidem adhuc egisse censetur, cum ad Compostellanum Archiepiscopatum, qui Toletani Cardinalis obitu vacabat, nominaretur, quamvis, priusquam electionis suæ diploma reciperet, jamjam Bruxellis die decima tertia Februarii AnnolcarnationisDominicæ 1558. vivis ereptus fuisset, postquam sexagesimum tertium ætatis suæ annum expleverat. Ceterum opera, quæ iterato prælo excusa posteris reliquit, ipsam illius eruditionem longe ampliori elogio celebrant, quam cujuscunque lingua assequi posset: scripsit enim stylo admodum eleganti, atque in lectione assiduus

*Andr. Scot.*  
*Nicol. Ant. in*  
*Bibl. hist.*  
*Dupin. Bibl.*  
*t. 16. p. 20.*

*Hist. Eccles. Tom. XLIII.* G majo-